



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

II. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen der Stadt Spandow die Zollfreiheit und das Brandenburgische Recht, verleihen auch der Stadt dem Bens und achtjährige Abgabefreiheit, am 29. Juli 1240.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

II. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen der Stadt Spandow die Zollfreiheit und das Brandenburgische Recht, verleihen auch der Stadt den Bens und achtjährige Abgabefreiheit, am 29. Juli 1240.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis: Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Univerſa negotia mandata litteris et vocibus teſtium ab utroque trahunt indiſſolubile firmamentum. Notum igitur eſſe volumus tam praesentibus quam posteris, quod Burgenſibus et incolis habentibus haereditatem in civitate Spandow libertatem dedimus vsque ad octo annorum expletionem ab omni exactione, petitione, precaria, ſervitio, telonio tam pontatico quam agrefico, per omnes terminos noſtros et terrarum noſtrarum territoria liberos eos decernentes. Addicimus etiam civitati locum, qui Bens dicitur, qui fuerat Advocati Alberti et filii ſui Borchardi, cum omni jure, ut ſit particeps conſolationis praesentis et communiter ſervitii futuri et laboris. Expletis autem octo annorum ſpaciis ſtatuiſſimus et volumus, ut eadem jura, quae habent Cives Brandenburgenses, teneant et obſervent. Permiſimus etiam ipsis Eccleſiam forenſem, quam Claſtro contuleramus, eximere per reſtaurationem et conferre Sacerdoti, qui cum ipsis facit perſonaliter reſidentiam in eadem civitate. Sed ne aliqua in poſterum dubitatio poſſit ſuboriri, teſtes adhibuimus, quorum nomina ſunt haec: Sifridus de Haſſel, Bertoldus de Veltberg, Tidericus de Stralow, Willekinus de Tornow, Gerhardus de Oderberg, Johannes de Redixdorp, Magiſter Adam et Ludolphus Cappellanus curiae et alii quam plures, et praesentem paginam ſigillorum noſtrorum appenſione ſecimus roborari. Actum in Spandowe Anno Dominicae incarnationis 1240, III^o Kalendas Auguſti.

Nach dem alten Copialbuche No. 2. Bal. Buchholz Geſch. der Churm. IV. Urk. Nh. 69.

III. Die Markgrafen Johann und Otto verzeihen dem Kloſter zu Spandow eine durch den Probtſt deſſelben von Kare erworbene Mühle auf der Panke beim Dorfe Wedding, am 22. Mai 1251.

In nomine Sancte et jodividue trinitatis. Otto, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, Omnibus ja perpetuum. Acta praesentis temporis deperire ſolent aliquociens in futurum, ſi non firmantur ſublidio litterarum. Harum ergo inſpectione tam poſteris quam praesentibus propenſius eluceſcat, quod fidelis noſter Fridricus de Kare, miles, quoddam molendinum, in terminis ville, quae Weddinge vocabatur, in rivo, qui Pankowe dicitur, conſtitutum, venerabili viro Jacobo prepoſito et conuentui dominarum eccleſiae beate virginis apud Zpandow pro viginti uno talento denariorum vendidit et venditum aſſignavit. Nos autem commendabili facto eius benivolam prebentel aſſenſum, tum pro ipsis ac dicti prepoſiti petitione tum pro noſtra noſtrorumque ſalute, ſupradicti molendini proprietatem iam dicto prepoſito et conuentui perpetuo donauimus in eo ſitu et ea juſticia, quibus illud dictus habuiſſe diſcoſcitur Fridericus. Ut autem hec noſtra donacio robor ualeat perpetuum obtinere, praesentem paginam ſuper eo conſcriptam ſigilli noſtri iuſſimus appenſione fideliter communiri. Hujus facti teſtes ſunt fideles noſtri: Gerardus de Kercow, Heinri-